Oprawiono w r. 1935. Dawniej było zbroszurowane razem z inkunabułem Nr. 90. Pochodzi z Klocka W. VI. 157.

GW. 7937 (Wist. 151/152)

z lytera szedzy o
kto szy nalozyel ...
zakona. ...
... kapycza ...
... szu ...

Somnia Danielis



Drugiem obiczanem wykład snow Danie-

la proroka [illegible] zamo [illegible] ktorzy się śni-
ło [illegible] a [illegible] potrzeba [illegible]
litery naydziesz naprzodku na lewey [illegible] albo B
przeczytasz co ktora znamionuie. A chrześćijan aby się [illegible]
obroyl a zwłaszcza jeśli będzie zły przeżegnay się [illegible]
krzyżem a potym pacierz powiedziawszy się zamo boga wyrzekniesz
wszego złego

A

Możesz swe rzeczy sprawować
y [illegible] pięknie działować
Bo tyć to A drogo podało
naydziesz we wszystkiem działo

B

Radzę posłuchay moiey rady
niezarzucay [illegible]
[illegible] kiedy w maliie
[illegible] się [illegible]

C

Masz tho nyegdy dobrze poznać
możesz z każdem dobrze znamionować
Bo tego C naśladuje [illegible]
[illegible] dnie swoie

D

Prosze twoie [illegible]
[illegible] swe myślenie
Nyegdyś [illegible]
Kto D [illegible] go przeczytał

E

Twa nasza matka była
ktora [illegible]
tak się też ty szczęśćij tego
Aby [illegible]
Chrześćijan [illegible] F [illegible]
Musisz prosić [illegible] pożytek

G

Chocz [illegible] krzyża [illegible]
[illegible] blizkie [illegible] swoi
G lakomstwo [illegible]
ktho [illegible] w niebye [illegible]

H

H dobry sen znamionuje
Czas [illegible] modlitwa [illegible]
Nyesmuy się bo masz dobre [illegible]
Sprawuie [illegible] sobie

I

Aniol się przez sen [illegible]
By [illegible]
jeśli [illegible]
twoy [illegible] przez [illegible]

K

Przez [illegible]
[illegible]
K [illegible] kompan [illegible]
[illegible] sobą

L

L ty powie [illegible]
się [illegible]
gdy by się [illegible]
Będziesz się [illegible] dobrze [illegible]

M

M [illegible]
[illegible]
Czas [illegible]

EXORDIVM

QVanq̃ indies uetera solēt ab recenti/bus obrui nouitatibus. Sane tñ non nulla hũano usui adeo solaciosa ex/tant ac legendo mirifice animũ oble ctāt: ut a memoria hoīm aboleri nõ sinant. Et qm̃ ẜm Aristotelē in libro de somno & uigilia. Ipsa somnia ex/dispositõe corpoꝝ nõnunq̃ etiam ex diuersitate causaꝝ naturaliũ ꝓueni/ant. Idcirco aliq̃ de eius expositiõe atq̧ uarietate enarrāda censui.

Solet eñ q̃ri An per somniũ possibile sit preuidere futura. Respõdet Aristoteles et magister Auerrois in libello de somniis Quod ꝑ somnia habentia ortũ solum ex speciebus reseruatis nõ est possibile naturaliť ꝓuidere futura: cuius ratio est: quia ꝑ illa non possumus ꝓ/uidere futura que sũt ꝓteritoꝝ actuũ. Species aũt reseruate in memo/ria hominũ repñsentant actus ꝓteritos a quibus sũt reseruati.

Secũdo Respõdet magister auerrois in ꝓmemorato libello. Quod ꝑ somnium naturale ualde possibile est ꝓuidere futura scilicet dis/positõnes futurorum: & nisi fiat contra tale remediũ tũc tale euenit Sicut q̃dam somniabāt q̧ ipsi habebāt sup pectoralia carbones ig nitos & hoc nõ est aliud secundum eum nisi q̧ ꝓuenit ex dispositi. one corperis ꝓpter coleram magnam calidam.

Tercio Respõdet auerrois: q̧ ualde possibile est ꝓuidere futura per somniũ animale scilicet que nobis euenient: & huius ratio est: quia talia somnia causantur ex passionib⁹ anime. Nam qñ pueri frequē ter somniant de bello tunc reddenť animosi: sed si multum somni/ant de amore tunc amabũt. Si de rixis tũt erit rixosus & sic de aliis & hoc est certissimũ dicit Auerrois: quia alias īquisitio somnioꝝ a medicis quam faciunt ab infirmis esset inutilis.

Ideo dicit Aristoteles iu libello de somniis q̧ somnia aliq̃n gñanť ex uentris plenitudīe: aliquando exinanitõe: aliquando illusione: a liquando cogitatione & etiam reuelatione.

Erat enim naturale somniũ Andromache uxoris hectoris troiani

principis ut refert historia, somniabat nãq; Si hector eo die egrede retur ad bellum euadere nõ posset quin interficeret in bello ꝑfecto si credidisset hector uxori sue andromache de uisione terribili non fuisset illo die adeo nequit uenenata hasta ab Achille interempt⁹.
Itẽ quid de sõnio Alyssis regis de quo narrat ĩ historiis. Quod ui/ derit ymaginẽ iuuenil' forme cũ hasta cõtra se uenientẽ & dixit iu/ uenis regi: un⁹ ex nobis morier. Quod factũ fuit: nam significabat tale sõniũ Ipsũ ulixẽ p filiũ naturalẽ & illegittimum debere occidi Quid deniq; de mre uirgilii cui sõniauit se pariturã uirgam que ex suo cremẽto celũ attigeret Nihil fuit ut dicit serui⁹ grãmatic⁹: nisi quod hec mulier uirgiliũ parere deberet qui sua industria sciẽtia & eloquẽtia uideret excellere humanũ ingeniũ. Vltimo loco dicẽdũ est de somnio quo pacto ex reuelatione diuina accidat.
Cõtigit em̃ uiris deũ timẽtib⁹ nõnulla accipere ueridica & futura certa que ĩfallibiliter p sõnia dinoscunt: sicut habet genesis. xxxvii. caplo. Quod ioseph uidẽs somniũ dixit fribus suis: putabam nos colligere mãipulos ĩ agro & quasi cõsurgere mãipulũ meũ & stare uros q; mãipulos circũstãtes adorare mãipulũ meũ. Respõderunt frẽs ei⁹ indignãter. nũquid rex nr̃ eris aut subiciemur ditiõi tue.
Aliud deniq; uidit ioseph somniũ & dixit eis. uidi solẽ & lunam & stellas undecĩ adorare me: quod cũ dixisset pri & fribus duri⁹ icre/ pauit eũ pr̃ dicẽs. Nũquid ego & mater tua & frẽs tui adorabim⁹ te super terrã. factũq; est ita sicut frẽs sui interꝑtati sunt: quoniam ioseph a rege pharaone priceps sup totũ regnũ egipti cõstitut⁹ est
Danielẽ quoq; uirꝝ dei de⁹ hac gr̃a dotauit iuxta illud Danielis pri mo. Dedit deus danieli intelligẽtiam omniũ uisionũ & somniorũ Nã legimus in testamento ueteri Cũ nabuchodonosor rex uidiset in sõno: quomõ cõtra eũ stetisset statua grãdis hñs caput aureũ &c. Exposuit ei daniel: & cũ interpretationem audiret rex cecidit in fa/ ciem suam & danielem adorauit.
¶ Sanctus thomas de aquio refert: q; quidã doctor sacrarũ lrarũ te nuerit disputãs de somnis cõcludit. Si aliquis utat somniis ad pre/ noscendũ futura secundũ quod somnia ꝑcedũt ex reuelatiõe diui/ na: uel ex causa naturali intrinseca uel extrĩseca qntũ potest uertat se ad tal' somnii interꝑtatiõem non erit illicitum diuinare.

INCIPIVNT INTERPRETATIONES SOM-NIORVM DANIELIS PROPHETE.

In diebus Nabuchodonosor regis Babilonis: qñ petebat Daniel a principibus & ab omni populo qui erat in ciuitate. Scripsit Daniel hoc & tradidit eis ad legendum dicens. Ego sum Daniel unus de filiis Israel: qui captiui ducti sumus de Iherusalem ciuitate sancta & omnia a deo hec facta sunt: nihil tamē per me metipsum dixi uel sustuli: sed ea a dño accepi ut quicūq legerint intelligant.

AB Imperatore osculari uel cum eo loqui: lucrum cum gaudio signat.
Aurea uestimenta se induere uidere: inuidiā uel tristiciam signat.
Aquilam uel columbam supra se qui uiderit honorem signat:
Altaria edificare qui se uiderit: honorem signat.
Altaria destruere qui se uidet in somno: mori significat
Apes in somnis qui uiderit uel cum ipsis pugnauerit irā signat
Arma se uidere portare: tutamen signat uel honorem.
Arma perdere aut frangere: damnum significat
Arborem cum fructu in somnis uidere: lucrum significat
Arbores ascendere: nūcium bonum uel aliq̄ dignitatem.
Arcum tendere uel sagittas mittere: angustiam uel laborem sꝫ.
Arcum perdere uel frangere: honorem significat
Arare qui se uidet in somnis: abundantiā cum labore significat
Argentum tractare qui uidet: lucrum signat
Arbores ostendere: inimicos & ꝓpinquos custodire signat
Arbores incendere: deceptionem signat
Ad aram sacrificare uel altaria uidere: gaudium signat
A uema se aliquid rapuisse qui uidet: dammum signat
A ues bulientes uidere: inimicorum malam locutionem signat
Aues uidere & pugnare cum eis: damnum signat
Aues sine pennis uidere: turbationem signat

Asino sedere qui se uidet in somnis: laborem signat
Arbore sedere: fidum nuncium signat
Arcum quicunque se portare uiderit: negocium bonum significat.
Albam uidere uel dalmaticam induere: leticiam signat
A bestiis qui se uiderit infestare: ab inimicis suis superabitur uel subuersionem uel disturbationem signat
Acetum uel absintheum bibere: molestias graues uel infirmitatem significat.
Album uel splendidum se uestire qui uidet in somnis, iocunditatem significat.
Altiorem qui se uidet: grauiter languescere signat
Aurum uidere: lucrum signat
Anulum qui se uidet accipere: leticiam signat
Anulum dare uel armillam: donum signat & honorem.
Anulum ferreum accipere: securitatem signat
Armillam perdere uel anulum: dolum grauem signat
Anserem uidere: magnum honorem signat
Aliquam in manus alteri dare. lucrum significat
Ad celum uolare: peregrinationem signat
A demone se comprehendere: lucrum signat
Asinum uidere in somnis: tedium egritudinis signat.
Ab urso comprehendi: lucrum signat
A lupo se comprehendere uel tenere. ab inimicis opprimi significat.
Assa oua accipere: lucrum signat
Aquam calidam bibere in somnis: infirmitatem signat
A paradiso aliquid accipere uel comedere uel bibere: honorem significat.
Aquam frigidam bibere. longam uitam & sanitatem signat
Arborem cadere. propinquam mortem signat.
Ab imperatore coronari. gaudium significat.
A mortuo se coronatum. securitatem signat
A flumine raptum. inimicorum rixam signat
Ad mensam potentis sedere. gaudium & bonitatem significat
Aerem uidere serenum. lucrum signat uel expedicionem
Aerem uidere turbulentum, uel nebulosum, deceptionem uel peticionem signat
Aurum cernere uel tractare: fertiliora tempora signat

Assas carnes uidere uel manducare: dampnum signat
Agnos uel hedos uidere uel habere: consolationem uel incrementum significat
Astra celi uidere in somnis: magnam leticiam signat
Ad celum scandere uel deum adorare: magnam traditionē ſt.
Altiori iungi qui se uidet: expeditionem signat
Altare in domo alicuius uidere: detrimentum signat
Altare nouum uidere: sacramentum uel presbyterꝝ nouum ſt.
A mortuo qui se uidet trahere. nil boni designat.
A demone uexari: lucrum bonum signat
Alligatum qui se uidet: impedimentum aliquod signat
A mortuo cibum uel aliquid aliud accipere uel cum eo loqui: honorem significat
Armatū sibi infestū uel. ferro pcussum: a potēti psona opprimi ſt.
Aues in somnis prendere: lucrum signat
Apes super se uidere: inimicos ei nocere signat
Arborem aridam qui uiderit: deceptionem uel negocium signat
Agnos pascentes uel dormientes uidere: detrimentum signat
Albas pennas in tunica uel alia ueste uidere: leticiam significat
Ab arbore cadere qui se uiperet: tristiciam signat
Aquilam sub caput suum ascendere: infirmitatem signat
Anguillas qui uidet uel tractat: laborem signat
Aurigam currentem qui uidet: litem & pugnam cū ppinquis ſt.
Apes uel uexilla uidere: incendium signat
Aerem tēpestuosum uidere: anxietatem grandem signat
Arbores cum fructibus uidere. lucrum signat
Asinos pascentes uidere: seditionem signat
Antiquum se uidere: laborem signat

Arbā sibi tondi uel radi: damnum signat

Barbatū qui se uidet: decrementum uel infirmitatem signat
Bestias domare qui se uidet: leticiam signat & gratiam ab inimicis
Bestias currentes uidere aliquam tribulationem significat
Bestias uidere & ab eis infestari: inimicum cauere signat
Baltheo cingere qui se uidet: protectionem signat
Brachia ualida qui se uidet habere: crementum signat

Brachia magna qui uidet se habere:potestatem signat
Brachia turpia se habere qui uidet:detrimentum significat
Birrum se uidere:grauem infirmitatem signat
Birrum album qui uidet se habere:magnum bonorem signat
Beneficium facere qui se uidet:gaudium signat
Baculum habere ambulando:dolorem nel infirmitatem signat
Boues pascentes uel stantes:gaudium signat
Bouem per cliuum ascendere magnam leticiam signat
Braccas induere:honorem & securitatem signat
Bouem cederequi se uidet:inimicitiam signat
Boues crassas pascentes uidere:tempus bonum significat
Boues macilentos uidere:tempus malum signat
Boues dormientcs qui uidet:tempus malum signat
Boues currentes uidere:gaudium signat
Boues pugnantes uidere:negotinm signat
Boues uel elephantes domare:molestiam grauem significat
Boues qui se uiderit infestare:negocium miserum significat
Bouem mugientem qui uidet:litemsignificat
Barbam sibi ardere:lucrum signat
Bellum uel barbaros uidere:iram significat
Bubonem sedere qui uidet:deceptionem signat
Balneo lauare:tedium significat
Brachia pulchra habere:ornamentum signat
Elum si uides interra:expeditionem signat
Celum scandere uel deum adorare:honorem signat
Clamide uestiri,securitatem signat & consolationem
Ceruum infestare qui uidit se:nullum timere signat
Ceruices suasamittere.nuncium timere signat
Currere uelocius qui se uidet,magnam leticiam signat.
Currere non posse.impedimentum uel detrimentum signat
Cereas candelas ardentes uidere,gaudiũ uel bonum nunciũ ſt:
Cereas candelasuidere,gaudium signat.
Coronatum se uidere uel coronam recipere,lucrum signat
Curro sedere,litem signat.
Cultellum accipere,inimici de te mala loquuntur.

Cultellum dare:inimicum cauere ſignat.
Conditam rem bibere.inuictum cauere ſignat.
Codices legere uel legendo uidere:gaudium ſignat.
Concumbere cum meretrice:magnum lucrum ſignat.
Concumbere cum coniuge:litem grauem ſignat.
Concumbere cum ſorore:dampnum ſignat.
Concumbere cum pecore:infirmitatem ſignat
Concumbere cum matre:ſecuritatem ſignat
Concumbere cum uirgine.anxietatem ſignat.
Conburere qui ſe uidet uel alium:anxietatem ſignat
Campanas audire:nunccium bonum ſignificat
Cimbala et pſalteria qui ſe uidet legere:litem ſignat
Cū impatore aut magno dn̄o qui ſe uidet habitare:dignitatē ſt.
Cuſtodias uidere:tedium ſignat.
Coronam cuiuſcunq; regis accipere:leticiam ſignat.
Celum flammeum uidere:aliquas iniquitates in corde tractare uł
iniquitates in toto orbe creſcere ſignat.
Columbas uidere:aliq̄ triſticiam ſignat.
Cum mori te uidebis in ſomnis:calumnie graues accreſcent
Caput album habere:lucrum ſignat.
Caput ſibi tondi:dampnum ſignat.
Caput ſibi auare:ab omni periculo liberabitur:
Calciamenta noua ſe habere:leticiam uel lucrum ſignat
Calciamenta uetera habere:anguſtiam cum deceptione ſignat
Canes latrantes uel infeſtātes:inimici tui ſupare te q̄rūt.
Canes ludentes:graciam aduerſarii ſignat.
Cartas legere uel ſcribere:nūccium bonū ſignat uenire
Cum mortua loqui:lucrum ſignat uel bonum ꝓſequi.
Corruſcationes uidere:lucrum ſignat
Cuſtodias.i.captiuitatem intrare:deceptōem ſignat.
Cecum te uidere:infirmitatem uel in peccata cadere ſignat
Cornua ſe habere:periculum uite uel litem ſignat
Clibanum ſe aſcendere qui uidet:bonum tempus ſignat
Crines longos ſe habere:fortitudinem ſignat.
Carbones commedere:inimici tui de te mala loqunt̄ ſignat

Camelos uidere uel ab eis infestari: lucrū signat
Candelabrum lucens uidere: leticiam signat.
Codices uidere uel legentes in eis: inuictum te significat
Citharam audire: uaua uerba significat
Caput uidere cum auribus longis: fortitudinem significat
Caseum recentem manducare lucrum uel graciam significat
Carnes humanas manducare: bonum a deo missum significat
Eum adorare: gaudium significat
Diis ymolare qui uidet: magnum lucrum signat
Domum suam edificare: magnum lucrum uel cōsolatōem sᵗ.
Domum suam ardentem uidere: periculum signat
Domum suam cecidisse uidere: dampnum signat
Domum suam destruere uel cadere: piculum signat
Descendere se uidere: dampnum signat
Dracones uidere: gaudium signat
Decollare qui se uidet in somnis: lucrum uel inimicum supare
Dentes suos cadere: aliquis de parētibus morietᶜ significat
Dentes inferiores aut maxillares si ceciderint cum sanguine aut sine dolore: egenus erit aut ꝓximum perdere amicū
Dulcia edere: in multis criminibus opprimi significat
Diadema habere uel uidere: lucrum significat
Digitum sibi precidere: dampnum signat.
De albatum qui se uidet: proprietatem signat
Diuitem se uidere: iniuriam pati signat
Defectum se habere: gaudium cum honore signat
Ducere coream qui uidet se: bonum significat
Lephantes uidere gaudiun significat.
Equum uidere: & super eum sedere: lucrum significat
Equum canum uidere: etiam lucrum signat
Equnm rubeum uidere: bonum nuncium signat.
Equum sellatum in somnis uidere: laborem signat
Equum mortuum uidere: lucrum signat: uel si plures uidet
Equo albo sedere: aduentum bonum uel iocunditatem signat
Equum nigrum se habere uel super ipsum sedere: anxietatem sᵗ.
Equum castrare: dampnum significat & secreta denudari.

Ebrium qui se uidet: dampnum uel infirmitatem signat
Extra regionem suam se uidere uel qui se uidet in exilio: anxietatē significat.
Enuchū se uidere: dampnum uel infirmitatem significat
Explorare qui se uidet: dampnum uel uestimentum perdere ſt.
Egrotum se uidere: expeditionem negocii alicuius significat
Errantem se uidere: molestiam signat
Exiliū pati q se maxīe uidet ī sōnis: magnis criminib9 opprimi ſt.
Aciem suam in aquā uidere: longam uitam signat.
Faciem formosam habere: actu & honore multiplicabitur
Eaciem turpem se habere: multis criminibus opprimi significat
Fontes aque qui se uidet bibere: negotium habebit.
Et de ipso lucrum acquiret & consolationem
Flumen turbulentum qui uidet: accusationē uel offensionem
Flumen pacificum uidere uel transire: securitatem signat
Fluuium rubicundum transire. tempestatem signat
Fossam qui uidet uel in eam cadit: calumniam aliq̄ signat
Filios uel filias sibi nasci: crementum signat
Fulgura uidere: bonum signat
Fratrem uel matrem uel sorores sibi mortuas uidere: leticiā signat & etatem longam
Ferrum tractare. infirmitatem signat
Faciem suam lauare: uitam longam signat
Faciem rubeam habere: multis criminibns opprimi ſt.
Faciem suam in speculo uidere: filius ei nascetur · Speculum
Fabas tractare: impedimentum signat
Flumen in domum intrare: periculum signat
Ferro se percussum uidere: desolationem signat.
Ladiū ferre & de ipso ledere: anxietatem uel negocium
Gladium accipe qui se uidet: insidiam uel discordiam ſt.
Gentiles pugnādo uidere & ab eis infestari: litem & periculum ſt.
Gaudere in somnis: tristiciam signat
Gladiatores uidere: superabunt te inimici tui signat
Grues uidere: tristiciam uel lites signat
Gallum cantare uel pugnare: subuersionem uel sollicitudinem ſt.

Gallinam ouum parere qui uidet: leticiam signat
Gladiatorem se factum: deceptionem signat
Gementes q̄lescunq; uidit: anxietatem signat
Granata mala uidere: tristiciam signat
Gladiatores uidere uel cū eis ludere: angustiam signat
Grandinem uidere uel audire. dānum magnum signat.
Gradum aliquem ascendere: laborem cum honore signat
Gemmas uidere: turpitudinem signat
Glandes colligere & manducare: effectum consequi signat.

Ominē in feram cōuersum: laborem ul' deum offēsiuū s̄t.
Hospites habere: inuidiā uel insidias magnas signat:
Hortum uidere uel in pomerio ambulare: gaudium signat
Hortos edificare: iocunditatem signat.
Hircos indomitos uel arietes habere: abundācīā signat.
Hircum qui se uidet: bonam famem signat
Horalogium accipere: pacis mutationem signat
Horrea edificare: iocunditatem signat
Herbam capere: angustiam signat

Mperatorem qui se uidet: honorem significat
Incarcere qui se uidet: calūniā ul' ab inimicis supari signat
Infantes uidere uel cū eis ludere: felicitatem cum gaudio
In pomerio deambulare: leticiam signat
In aquam grandem natare: uitam longam signat
Incendia in q̄cunq; domo uides: dom⁹ ipsa aliquod p̄iculū paciet̄.
In tabulis se pingi: uitam longam significat.
Incendia in somnis uidere: pericula uite signat.
Imperatorem tecum habitare aut regem: gaudium signat
Imagines uidere. mutationem signat
In hostes uel in prelia ambulare: augustias graues.
In palacio deambulare: anxietatem signat
In flumen cecidisse: anxietatem signat
In fonte lauari uel in claro flumine: leticiam uel lucrum.
In ecclesia ambulare: gaudium signat
In foro ambulare uel dormire: infirmitatem signat
In fonte sordido lauari: accusationem cum dāno signat

Infirmum se esse qui uidet in somnis:bonum signat
In labore ardere:expeditionem signat
In tabulis scribere:in calumniam cadere signat
Atholicam fidem se in somni shabere:uitam eternam st'.
Karratam uidere:honorem signat
Kassidem habere:honorem signat:
Vnam claram in somnis qui uidet:crementum significat
Lunas duas uel plures uidere:potestates sibi accrescent.
Lunam sanguineam uidere:damnum uel periculum signat
Lunam de celo cadere:laborem uel languores magnos signat
Lardum tractare:aliquis de parentibus morietur significat
Lineo panno aut uario uestiri:aliq̃ egritudinem signat
Ligatum se uidere:impedimentum signat
Lapides mittere uel colligere:egritudinem signat
Litigare in somnis:crementum signat
Lectum suum paratum uidere:leticiam signat.
Lunam obscuram uidere:tristiciam habere signat
Lugere qui se uidet:gaudium signat.
Lectum suum formosum uidere: Vxorem fidelem habere st.
Librum legere uel legentem audire:nuncium bonum signat
Lardo uesci:aliquem parentem moriturum signat
Luminaria facere uel accendere:lucrum & leticiam signat
Lunam albam uidere:lucrum uel leticiam signat.
Leonem currentem qui uidit:expeditionem suoꝝ negotioꝝ st.
Lactare qui se uidet.leticiam signat
Lac bibere uel comedere:gaudium designat
Anus inquinatas habere:damna signat
Mutum se uidere factum:impedimentum signat
Matrem suam mortuam uidere:gaudium signat
Mortuum qui se uidet in somnis.gaudium signat
Mortuum osculari in somnis:longam uitam habere signat
Montem ascendere:laborem signat
Messes colligere:leticiam signat
Mensam perdere:ad nihilum deuenire signat
Mare limpidissimum uidere:expeditionem signat

Mare tempestuosum uidere.anxietatem signat
Maiestatem dei uidere:mortem uel pessimam infirmitatem s̄t.
Monachum se uidere:mortem uel paupertatem significat
Mel accipere:inimicos cauere signat
Mustum bibere:tempora feliciora signat
Nuscas plures uidere:inimicitiam signat
Mulier que se uidet nubere:grauem dolorem signat
Mare placatum uidere:gaudium signat.
Migrare de hoc seculo:habitationē indissolubilē mutare signat
Manus lauare qui se uidet:a peccatis liberabitur significat
Maiorem te uidere:potestates tibi acrescunt significat
Minorem se factum uidere:utilitatem signat
Mortuum uidere uel cum ipso loqui:gaudium signat.
Aues uidere uel eas ascendere:nuncium bonum significat
Nidum auium uidere:bonum nuncium uel negotium
Nidum auium inuenire:nil boni sed malum signat
Natare qui se uidet & non posse:impeditionem significat
Niuem uidere uel glaciem:tristiciam & languorem signat.
Nuptias facere uel cantatrices uidere:planctum & laborem s̄t.
Nubes celi uidere:nullum bonum signat
Nauigare qui se uidet in periculis:leticiam signat
Nuces accipere uel comedere:leticiam signat
Nudis pedibus ambulare:tristiciam & languorem significat
Nebulam uidere:nuncium bonum signat
Rationem facere:feliciora tempera signat
Oues tonsas uidere:damnum significat
Oculum dextrum amittere proximum aliquem perdere signat
Oleum accipere uel uidere:leticiam signat.
Orare deum qui se uidet:solatia temperis signat
Ossa mortuorum uidere:odium uel inuidiam uel iram signat
Organa cantare uel audire in somnis:discordiam signat
Oliuam accipere uel uidere:leticiam signat
Olera comedere:anxietatem designat
Oua uidere:litem significat.
Oua cum a mortuo sibi uidet aufferre:malum signat

Osculum accipere: lucrum signat
Osculum dare: damnum signat
Opera magna tractare: impedimentum signat
Luuiam uidere in somnis: leticiam uel abundanciam st.
Pilosum se uidere: crementum uel fortitudinem significat
Pontem transire: honorem signat uel securitatem
Puteum uidere fodere uel in eum cadere. calumniam signat
Panem candidum comedere: lucrum & leticiam signat
Pisces uidere in somnis: leticiam signat
Plorare in somno: gaudium signat
Porcos uidere: infirmitatem signat
Plumbum tractare qui se uidet. infirmitatem signat
Palmam accipere: honorem signat
Pedes lauare: expeditionem signat
Piper tractare: cum inimicis pugnare signat
Panem ordeaceũ comedere: anxietatem signat
Pedes pilosos habere: impedimentum signat
Piscatores uidere: deceptionem signat
Poma accipere. damnum signat.
Poma dare: damnum signat.
Parietem si mulier uidet: damnum uel detrimentum signat
Purpura qui se uidet uestiri: infirmitatem signat
Patrem suum uiuum aut mortum uidere: securitatem signat
Vi se uidet in exilio: magnis peccatis opprimi significat
Quadrupedia quicunq; uidet se infestare nullum bonũ st.
Quadrupedi loqui: inimici tui ante te uertentur in fugam st
Quadrigas & equos habere: honorem signat
Quadrigam ostendere. honorem perdere signat
Iuos currentes: lites propinquas signat
Ridere uel ridentem uidere lucrum signat
Reges uel regem de hoc seculo migrare: anxietatem signat
Ripam uidere uel ascendere: laborem signat
Ripam cadere: bonum uel malum prosequitur.
Rotas uolantes uidere: leticiam signat

Rosam dare uel accipere de aliis: leticiam magnam significat

Iluam in somnis tractare: leticiam signat

Stellas duas ul' pl'es uidere: ptãtes tibi accrescunt & etiã leticiã

Sedere qui se uidet: infirmitatem significat

Soles duos uel plures uidere: honorem & gaudium signat

Solem splendidum uidere: gaudium signat uel regis stabilitatem

Solem tenebrosum uidere periculum uel instabilitatem regis ft.

Solem rubicundum uidere: exitum uel etatem signat

Solem sanguineum uidere: inuidiam signat

Solem cum luna currentes: litem uel pessimum nuncium signat

Stellas de celo cadere: prelium signat magnum.

Sanguinem minuere: damnum signat

Scalam uidere: deceptionem signat

Serpentem se occidere qui uidet in somnis: gaudium significat

Serpentẽ infestare: optati ĩimici uisiones signat uel inimicũ supare:

Serpentes uidere: gaudia signat

Statue ymolare: fantasiam signat

Super aquam pedib⁹ ambulare: honorem & leticiam significat

Semitam difficulter transire: tribulationem signat

Onitruum audire: uerba fortia & bonum nuncium signat

Tempestates uidere: lucrum signat

Tubas audire uel prospicere: nuncium bonum signat

Tenebras in somnis uidere: infirmitatem signat

Telas uel textrices uidere: leticiam uel nuncium bonum signat

Tabulas uel calculos uidere: leticiam signat

Terremotũ uidere: aliquid amittere uel malũ uel impedimentũ ft.

Thaurum uidere uel ab eo infestari: inimicitiam figurat

Terram planam uidere: gaudium signat

Itis maturas uidere: gaudium signat

Vindemiare qui se uidet: hilaritatem signãt

Vuas acerbas uidere: lites aliquas signat

Vngues radere uel precindere: angustias graues signat

Vapulare in somnis: bonum prosequitur.

Venationem facere: lucrum uel acquisitionem signat

Vestimẽta sua conburrere uel perdere: deceptõem ul' damnum ft.

Vexilla videre mandinu significat. Similis apes.
Speculo faciem contemplari. filius D̃ nascetur.

Videre mare in somnis: hilaritatem significat
Vxorem ducere: damnum signat
Vestire qui se uidet: iocunditatem signat
Vestem formosam habere: leticiam uel gratiam in publitio ſt.
Vinum bibere. infirmitatem signat.
Vxorem suam aliis nubere uel cum alio iacere qui uidet: mortē uxoris uel longam infirmitatem signat.
Viā lutosam ābulare: periculū signat
Volare qui se uidet: peregrinarionem uel locum mutare significat.
Vuas albas uidere: gaudium signat
Vuas nigras uidere: paupertatem uel īfirmitatem significat
Vngentum facere: angustiam signat.
p̄o loqui: iocundieatem signat
Xp̄m crucifixum uidere: damnum significat
Xp̄m adorare: gaudiū signat.
Drias plenas uidere: abundantiam signat
Ypocritas uidere: honores uarios signat
Ymnos cantare: expeditionem signat
Onis cingere qui se ui det: tutamentum significat
Zona aurea precingere: lucrum uel inuidiam signat
Zonam perdere: fidei seditionem signat
Zona ueteri precingere: languorem signat
Zizanias seminare qui se uidet: rixas maxmimas uel scandalū ſt.

Hec itaq; sunt scripta p̄phete Danielis que tradebat omni populo in ciuitate Babilonie que non ut ficta sed pro ut in antiquissimis codicibus reperi annotaui. Quandocunq; igitur ex uisione somnii pterrit9 fueris. Illud deo & sancte cruci conmendare debes dicens hanc collectam.

SALVBRIS ORATIO.

Eus omniū archanoꝝ certissime cognitor: qui ioseph & danielem pueros tuos intelligentia & interpretatione latentium causarum ac uisionum instruxisti. per illoꝝ preces & merita. omniumq; electorum tuorum celestium ac terrestrium somnium meum

per quod tremisco in bonum conuerte. Quod nunc fideli corde tibi domine ihesu criste cõmendo & triumphali ligno crucis tue & quinq uulneribus tuis ut per uirtutẽ tuam quam operatus es pendens in cruce: uniuersa mihi aduersancia ꝓpiciatus excludas corporiq meo & anime omnia futura concedas. Vnde & oppono signum saluationis ac redemptionis tue omnibꝰ inimicis meis uisibilibus & inuisibilibus ut non nocere mihi ualeant propter uirtutem sancte crucis: Amen.

SEQVNTVR NVNC PROBLEVMATA DE SOMNO ET DE ILLIS: DE QVIBVS ALIQVANDO SOMNIAMVS.

Cur senes nõ ita bene dormiunt & non sic habent somnia sicut iuuenes cum tamen magis indigent requie. Respondetur secundum Auerroem ꝙ ideo: quia sen es sunt frigide cõplexionis & licet satis sumant de cibo tamen habẽt calorem naturalem remissum nimis & non ita bene possunt digerere & per cõsequens non eleuant a cibo fumi in stomacho Iuuenes aũt habent colorem naturalem intẽsum & bene digerunt: & iõ multi fumi eleuãtur uersus cerebrum q causant dormitionem.

Cur est si dormit & ponat sibi manus ad aquam tunc ipse somniat se submergi uel natare in aqua Respõdet ꝙ talis non perfecte dormit: ita ꝙ uie non sunt bñ obstructe. Ex quo ergo in aqua sunt frigiditas & humiditas tunc species humiditatis & frigiditatis ꝑtranseunt fumos & ueniunt ad cor & ita intense fiunt ꝙ sensus cõis iudicat hominem natare uel submergi.

Cnr est qñ in somno apparet aliquod terribile tunc homo emittit sudorem & excitat: Respondet ꝙ homini apparet illud terribile esse presens & immanens. Et natura sollicita existens de salute hoĩs mittit calores & spũs a corde ad mẽbra exteriora: & ideo quia natura iudicat tale teribile esse homini disconueniẽs & ꝓpter cõcursum spirituum circa cor constringitur cor & sic homo excitatur.

Cur homines cõmuniter nõ solẽ somniare in principio noctis. Re pondetur ꝙ tunc prima digestio celebrat in q̃ eleuant fumi mltum in grossati & fortiter ĩpediũt ne fiat somnium. Obstruũt etiã meatus nõ solũ ad sensus exteriores sed etiã ad organũ reſuam tſpeꝝ

Cur somnia que fiunt in aurora magis sunt recta & ordinata quã
alia Respondetur ꝙ iõ. quia in aurora mediũ interceptũ iuť sensũ
cõem & organũ reꝑuatiuũ ẽ satis quietum & tunc fumi eleuati sunt
satis debiles & sic fiunt somnia &c.
Cur est ꝙ homi in somno apparet: ꝙ ipse uolat uel ꝙ cadat ab al-
to. Respondeť ꝙ ꝓuenit ex indispositione hũoꝝ quorundã spiri-
tuum & uaporũ Vñ qñq; in corpere tales fumi sunt ualde leues &
nobiles & sic apparet hõi ꝙ uolet. Aliqñ aũt sunt nimis grossi & in
frigidati ꝑ cerebrum & tunc descendunt ad cor & sic apparet tunc
homini quod cadat ab alto in profundum.
Cur qñq; hõ somniat de hiis que nũq̃ in uita sua considerauit nec
uidit. Respondetur ꝙ in somno ẽ quedam cõpositõ fantasmatum
ex qua conpositõe resultat talis apparentia: ut si aliquis habet spe-
cies auri & montis: tunc apparet ei in somno uidisse aureũ montẽ.
Cur aliqui hoies ꝑ totam uitam suã nõ hñt nec habuerunt somnia.
Respondeť ꝙ tales uel sunt nimis humidi & cerebrum nimis fluxi-
bile ita ꝙ spẽs nõ pñt manere uel tales sunt nimis sicci ꝙ spẽs ĩ eis
nõ possunt imprimi: ita ꝙ in utrisq; organũ est nimis inquietũ.
Cur aliqui incipiũt primo sumniare qñ ueniũt ad senectutẽ. Re-
spõdeť ꝙ in illis per totum tempus iuuẽtutis sunt nimii mot⁹ & sic
non possunt somniare: & hoc ẽ ꝓpter calorem intẽsum qui conti-
nue resoluiť de nutrimẽto In senectute aũt tales euaporatões inci-
piũt cessare ꝓpter debilitatem caloris & sic tũc incipiũt somniare.
Cur uirtuosi uiri & studiosi frequenter hñt deletabiliora somnia
quã ribaldi. Respondet Aristotelis: quod uirtuosi agũt bona opa
& sic spẽs bonoꝝ opeꝝ reꝑuanť & uirtuosi tales somniãt de talibus
que tanq̃ delectabilia se p̃sentant. Sed ribaldi agunt mala opera et
species istoꝝ maloꝝ reseruanť ꝓpterea de talib⁹ hñt mala somnia.
Cur apparet homini somnianti ꝙ somnium sit aliquando uerũ
aliqñ nõ Respondeť ꝙ causa est: quia qñq; cõtingit ꝙ in tali som
no iudiciũ seu cognitio uirtutis intellectiue cõcurrit cũ uirtute sen-
sitiua: qñq; uero non cõcurrit. Qñ ergo cõcurrit tũc homo iudicat
somnuũ esse falsum. Cuius ratio ẽ: quia uirt⁹ intellectiua corrigit
uirtutẽ sensitiuam: sed quando non concurrit tũc apparet homini
somnum esse uerum Finit feliciter

Prima die mensis. Sompnium vanum est. Et vt in pluribus in gaudium vertitur quodcunque fuerit Secunda pariformiter
Tertia die sompnia in nullum euadunt Quarta Similiter
Quinta die mensis omnia visa sompnia ita euadunt quemadmodum apparuerunt visa bona.
Sexta die. sompnium attende. verum est verum. et in breui proferetur
Septima. quoque visio verum futurum est sompnium. sed tarde adimplebitur
Octaua verum futurum est verum. et in breui explebitur.
Nona. Certum prenosticat. et aliquid mali ex eo euenire
Decima. nil euenire. Nam nil ex eo futurum est
Vndecima die. Sompnium visum tercia die in effectu apparebit et implebitur
Duodecima die. Sompnium visum in l annis vt visum est adimplebitur
XIII In nona die vero sibi adimplebitur
XIIII [illegible] in breuj XV Similiter
XVI Certum sompnium et in breuj adimplebitur
XVII In breui adimplebitur
XVIII In xx annis adimplebitur. Et certum erit
XIX In xx annis adimplebitur
XX Bonum et verum est sompnium, in l annis adimplebitur
XXI Eo bene adimplebitur
XXII Ita quemadmodum apparebit adimplebitur
XXIII Incertum apparebit XXIIII. Nil futurum est
XXV. In xii annis adimplebitur. In XXVI. [illegible]
XXVII Nil futurum est
XXVIII Quod sompniatum est in breui et bene adimplebitur
XXIX. Nil redundabit. XXX. Quod sompniatum est in xiiii diebus adimplebitur

To
Ru
Se
Se
Oc
No
De
Vn
Du
x
xv
xv
xv
xv
xv
xx
xx
xx
xx
xx
xx
xx
xx